UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Consideratio & affectus V. De Voluntate Christi. Feria V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

moriam tuam, quâ tenes & clariſſimè cognoſcis omnia præterita, præſentia & futura: omnia dicta, facta, cogitata bona & mala hominum & Angelorum; & mea in primis delicta, totius vitæ curriculo commiſſa, ut punias, opera verò bona ut præmio afficias. O Anima mea! aperi oculos fidei: en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos ſpecierum ſacramentalium, omnia penetrans etiam cordis intima. O Domine! ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum; citò anticipent nos miſericordiæ tuæ: ſi enim iniquitates obſervaveris, Domine, quis ſuſtinebit? Credo, ſpero, amo te, Deus meus: Deſidero te millies! mi Jeſu quando venies? meáſq; noxas ablues?

Conſideratio & affectus V.

De Voluntate Chriſti. Feria V.

QUis mihi det, ô Frater amabilis! cum anima, voluntatem tuam in venerabili Sacramento quoque abſconditam, omnibus Sanctitatis & virtutum theſauris refertiſſimam, inſtar fornacis ardentem amore Dei & proximorum; & mei in primis minimi & indigni Fratris tui: atque

atque inſtar ſolis, humilitatis & manſ-
tudinis, patientiæ & obedientiæ, chari-
tis & miſericordiæ radios longè late
evibrantem? credo, ſpero, amo te D
meus: Deſidero te millies! mi Jeſu qu
do venies! ut me tibi aſſimiles.

Conſideratio & Affectus VI.

De Corde Chriſti. Feria VI.

QUis mihi det, te Fratrem meum
amabile cor tuum, plenum theſa
cœleſtibus omnium deliciarum, quaſi
bis ex copioſiſſimo flumine gaudiorum
Dei, uſque ad ſummam ſaturitatem
ſideriorum tuorum, in tanta plenitudi
ut quod ſupereffluit, replere poſſit om
lætitiâ? O vinum lætificans cor homi
lætifica me! ô manna abſconditum c
dulcedine immenſa, refice me! O ma
na cœleſte, in quo ſunt omnes ſapores
ſuavitates poſſibiles ad delicias & ſola
Juſtorum, recrea me! O panis pingu
præbens delicias Regibus non vitiorum
ſuorum mancipiis, exhilara & confor
me! Indignum fateor eſt hiſce cupedi
cor meum, terrena adhuc ſapiens, & r
pidè quæ ſurſum ſunt, quærens: ſed

me